



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THEMATA IVRIDICA
DE PRAESCRI-
PTIS VERBIS ET IN FA-
CTVM ACTIONIBVS, QVAE

D. O. M. A.

PRÆSIDIBVS CLARISS. CONSVLTISS.
VIRIS D. IOANNE MICHAELIS CRONENBVR-
ger, & D. Iohanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore &
Fisco, in florentissimo Iuridicæ facultatis apud Vbi-
os Collegio, pro ingenij viribus publicè
defendere conabitur

MATTHIAS DE Mühlen

*Anno Aera Christiane MD. LXXXII.
die XII. Martij*



COLONIAE AGRIPPINAE Ccc
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.



CONTINUATIO.

Cum natura rerum plura negocia, quam vocabula suppeditante, (a) nonnunquam eueniat, ut contractus existant, quorum appellationes nulla iure civili sunt prodite; (b) unde vulgari- bus actionibus cessantibus facile descendamus ad eas, quæ in factum ap- pellantur, (c) post nominatos contractus rectâ viâ ad innominatos, indi- dem quæ enatas actiones transitus fit. (d)

(a) l. 4. ff. h. t. (b) l. 4. cod. (c) l. 1. cod. (d) Iason in rubr. ff. de æstim. VVesemb. in par. cod.

THESIS I.

EST autem Contractus innominatus, qui iure civili nullum certum nomen sortitus (a) solum ex causa, hoc est, vel ex datione vel ex facto initium obligationi prabet. (b)

(a) l. iuris gentium 7. §. sed et si, ubi Cuiac. ff. de pact. (b) l. 1. §. Itē emptio. ff. de rer. perm. Cuiac. 2. obf. 15. l. ex placito C. cod. Donel. ad l. 10. C. de pact. Gómez. 2. var. resol. 8. nu. 1.

II.

Genera huius duo sunt; aut enim negotium tam multiplex est, ut ad vtram contractus nominati speciem referendum sit, dubitetur: aut apparet quidem quale sit illud, sed redi- gi ad ordinem nominatorum contractuum nequit; siue de hoc constet, siue etiam ambi- gatur.

VVesemb. in par. ff. de æstim. Vult. 1. R. I. 41. fol. 190. & 2. R. I. 12. fol. 402.

III.

Prioris generis est contractus æstimatorius, qui est contractus innominatus (a) quo, cõ- stituta vel non constituta mercede, (b) res æstimata vendenda cuiquam datur.

(a) VVesemb. & Vult. dd. ll. (b) l. 1. & 2. ff. de æst.

IIII.

Quando verò æstimatio periculum transferat in suscipientem hic appositè questum memini: & si promisit se rem, aut æstimationem soluturum, ad eum periculum pertinet; (a) si minus, in ijs solum contractibus ex quorum natura venit dominij translatio. (b)

(a) l. 1. §. 1. ff. de æst. & ibi Paul. de Castro. l. si vt certo loco §. Et si forte, ubi Costal ff. commod. l. si gratuitam 17. §. 1. ff. h. t. Connan. 7. comm. 15. nu. 4. & 5. (b) l. Plerunque 10. in pr. & l. si res æstimata 12. §. 1. ff. de iur. dotium l. cum dotē 10. C. cod. aliter distinguit. VVesemb. in par. ff. de æstim. & aliter Mynsing. in §. Actionum nu. 97.

V.

Posterioris due sunt species; quarum vna est ex dando, altera ex faciendo: Et ex dan- do duo articuli; Do vt des; & Do vt facias: Ex faciendo itidem duo; Facio, vt facias; & Fa- cio vt des.

Vult.

Vult. dd. ll. textus & gl. in d. l. iurifgentium 7. §. 1. l. Naturalis h. t.

VI.

Contractus Do ut des est, cum rem vel pecuniam loco rei do, ut rem accipiam: (a) quem à permutatione in usu iuris non separatim putamus, (b) reiecta Accursij opinione, aientis Do ut des contrahi specie pro genere; vel hoc pro illa; aut genere pro genere: permutationem verò specie pro specie data. (c)

(a) d. l. Naturalis §. 1. h. t. Borcholt de pact. c. 7. nu. 7. Cuiac. 23. obs. 29. Doncl. cap. 3. h. t. (b) Corraf. 2. misc. 15. nu. 5. Costa. ad d. l. Naturalis §. sed si facio. Pinell. ad rubr. C. de resc. vend. p. 2. c. 1. nu. 9. & 10. Connan. 7. comm. 15. Vaud. 1. quæst. 25. (c) ad l. 1. in verbo *Nomen* ad fin. ff. de rer. perm. & in l. 1. C. cod. quem sequitur Bart. num. 6. Iaf. nu. 3. Ripa nu. 25. in l. 2. ff. si cert. petat. Gomez. 2. resol. 8. nu. 4. ver. fin.

VII.

Quare neque illis assentimur, qui existimant eum, qui ex placito permutationis dedit, minus illo, qui dat ut des habere electionem, vtrum agere velit præscriptis verbis ad id quod interest; an potius eam rem, quam dedit condicere: (a) simul sustinentes, Celsum in l. vlt. ff. de cond. caus. dat. nihil proponere, quo minus eum de permutatione loqui asseramus. (b)

(a) Anton. Faber 6. con. 9. fol. 254. (b) Cuiac. in parat. C. de rer. perm. & 23. obs. 29.

VIII.

Habet enim illa, alijs omis, ratione pecunie & mercis interuenientis (a) maximam cum Emptione venditione affinitatem: (b) Sed tamen in hac pecunia numeratur tanquã precium; idq; vtriusque contrahentium tractatu aestimatum, (c) nulla nominatim lege interposita, ut res pro illa Detur; (d) quorum vtrumque in illa secus est. (e)

(a) Duaren. cap. 2. C. de cond. ob. caus. dat. (b) l. 1. & 2. C. de rer. perm. l. Apud Celsum 4. §. Auctoris, ff. de dol. mal. & met. exc. l. 15. quib. ex caus. in poss. l. sciendum §. Deinde ff. de aedit. edict. (c) Anton. Faber 6. con. 10. fol. 260. (d) Sufficit enim solum rem tradere, ut sic ob cuictionem obligetur emptori, l. ex empto. ff. de contrah. empt. (e) d. l. Naturalis §. 1. l. vlt. ff. de cond. caus. dat. Cuiac. 23. obs. 29. Duaren. d. cap. 2.

IX.

Cum ergo in permutatione vtrunque res interuenire debeat, quid statuendum, ab altera parte simul & re & pecunia pro re data? Et siue res precium, siue precium nimis rem excedat, (a) sequemur id quod acti est, (b) quo non apparente iudicium erit ex eo quod pluris est. (c)

(a) l. Cum aurum 19. §. perueniamus 13. ff. de aur. & arg. legat. l. Fundi 79. ff. contrah. empt. Pinell. ad Rubricam, C. de resc. vend. part. 2. c. 2. nu. 11. (b) arg. l. Tenetur 6. §. 1. ff. de act. empt. l. si sterilis 21. §. si tibi, cod. l. si prædio 15. ff. de in diem add. Sichard. ad l. 1. C. de rer. perm. nu. 5. ver. vidimus. Bartol. in l. Aristo. nu. 2. ff. de donat. Pinell. d. c. 2. num. 2. (c) l. Quicquid 27. §. fin. ff. de acq. rer. dom. Bartol. ad d. l. Aristo. & ibi Paulus de Castro. Imola, Ros

la, Roman. & Dd. comm. Canonist. in c. quæstiones, extr. de rer. permut. Pincl. d. cap. 2. num. 4.

X.

Sed si non appareat, unde alterum alteri possit præualere, & contractus nomen à partibus sit ommissum, iam magis dubitatur, qualis contractus hic sit: Et nos solam permutationem esse verius putamus.

argum. l. 1. ff. de æstimat. per quam ita tenet Bartolus in l. 1. ff. de rerum permut. Iason ad rubr. eod. nu. 1. & in prælud. feud qui dicit hanc esse communem in l. 2. nu. 9. ff. si cer. pct. Gomez. 2. resol. 2. nu. 10.

XI.

Hic non inconueniens erit de beneficijs querere; vtrum eorum permutatio licita sit; necne: in quod procliuior sum: præsertim cum pactio præmissa labem Simonie semper contineat (a), nisi si quis & beneficia patrimoniorum instar esse, (b) aut Simoniam in Curia Romana locum non habere contendat (c)

(a) c. maioribus de præbend. c. quætitum. c. cum olim, & ibi gl. in verbo consensum, c. cum vniuersorum, & ibi gl. in verb. Deceptis, & Panor. extra de rer. perm. (b) quæadmodum feudalia esse scribunt Ioann. Faber in tit. de empt. & vend. in pr. & Guid. Pap. q. lix in decisio. (c) Panorm. in rubr. de Simon. in antiq.

XII.

Porrò cum in omnibus bonæ fidei iudicijs locum habeat remedium l. 2. C. de rescind. vend. illud ad permutationem etiam trahimus.

Donell. ad d. l. 2. nu. 20. Sich. ib. nu. 4. & comm. Dd. per l. Maioribus 3. C. comm. vtriusque iudic.

XIII.

Explicitus est articulus Do vt des. Do vt facias est, cum do rem vel pecuniam loco rei, vt aliquid facias.

d. l. Naturalis. §. At cum do.

XIV.

Hic proximus est locationi conductioni: sed præter alia in hoc ab illa discrepat; quod hac versetur in factis, quæ locari possunt, (a) qualia sunt, quæ in dantis substantia non immutata vel alienata exercentur: (b) ille in ijs, quæ locari non possunt, non obstant pecunia datione. (c)

(a) d. l. Naturalis §. At cum do. Donel. cap. 4. nu. 1. h. t. (b) l. Sabinus 20. l. conuenit 63 ff. de contrah. empt. (c) d. §. At cum do. Cuiac. in d. l. 7. de pact. fol. 19. Borch. c. 7. nu. 16. & seq. cod. Donel. cap. 4. in fin. pr.

XV.

Sed & in ijs, quæ locari possunt, tum est Do vt facias, si non conueniat statim de retributione (a) & res detur, vel loco rei pecunia. (b)

(a) l. Si tibi polienda 22. ff. h. t. §. Et quæ supra, in ff. de locat. cōduct. (b) d. §. At cum do.

XVI.

Atque eiusmodi sunt dandi articuli; faciendi sequuntur. Est autem Facio vt facias interdum

interdum mandato, (a) interdum commodato (b) affine. At Facio ut des nonnunquam societas (c) initur; nonnunquam locatio conductio contrahitur, (d) statuto eum etiam locatorem esse, qui interueniente certa mercede in operis praestandis se alicui offert.

(a) d. l. Naturalis §. sed si facio 4. (b) l. si gratuitam 17. §. si cum vnum h. t. Donell. cap. 6. cod. (c) l. si tibi rem 13. §. 1. eodem. (d) Donell. cap. 5. & 14. nu. 4. (e) l. Item si precio 22. §. cū insulam l. Cum opus 36. l. ea lege 51. §. locaui ff. locat. l. seruus 27. in fin. ff. ad l. Aquil. Robert. 1. Animadv. 10. & 1. Notator. ad Mercat. 10.

XVII.

Succedunt actiones, quae circa hos contractus consideranda veniunt. Aut igitur de eo quod datum aut factum est, reuocando agitur: aut de eo consequendo, quod ex conuentione vice mutua dari aut fieri debuit. (a) In priori genere alia dati, alia facti ratio est. (b)

(a) d. l. 5. §. 1. ff. h. t. l. 5. ff. de cond. causs. dat. Gomez. 2. var. resol. 8. num. 2. (b) Donell. cap. 7. h. tit.

XVIII.

Nam si dedi tibi quid, ut aut vicissim dares, aut vicissim quid faceres, neque tu placiti fidem seruas, mihi volenti dati conditio est, si modo datum sit amplius in ea causa, ut per rerum naturam praestari queat, (a) siue ideo non des quia nolis, (b) siue culpa commissa non possis (c) nisi ex paenitentia ne quidem mora aut culpa interueniente, atque ad eod altero suum offerente, datum condicere malim; (d) rebus debitis mihi eo modo pereuntibus, quo dicuntur perire, creditori. (e)

(a) d. l. 5. §. 1. & 2. nam alias de dolo actio dabitur, l. cum proponas 4. C. de dolo malo. Donell. cap. 20. nu. 9. h. t. (b) l. dictam §. l. Aduocationis vlt. C. de cond. ob. causs. dat. l. si pecuniam ff. cod. (c) l. Pecuniam 10. C. de cond. ob. causs. dat. (d) l. Dedi tibi 3. §. sed si tibi d. l. si pecuniam vbi Costal. & Iason. l. vlt. vbi Costal. cod. Sichard. ad l. explicito 3. C. de rer. perm. nu. 2. in fin. l. qui pecuniam 30. ff. de reb. cred. Donell. cap. 8. n. 3. vbi datum a facto in hac condictione differre innuit. (e) l. Naturalis §. 1. ver. Sed si scyphos, ff. h. t. iuncta l. Si ex legati 23. ff. de verb. oblig. l. quod te 5. ff. si cert. petat. Accurs. ad d. ver. Sed si scyphos, quem sequitur V Vef. nu. 3. h. t. Duar. c. 4. in fin. C. de cond. ob. causs. dat.

XIX.

At si feci quid, ut aut vicissim faceres, aut dares, quia factum per naturam rerum restitui nequit, dabitur actio de dolo in id quod mea interest factum non esse, modo per me non steterit, quo minus contractus impleteretur.

d. l. Naturalis §. 5. vlt. iuncta d. l. cum proponas, C. de dolo. argum. l. verum in pr. ff. de minor. Donell. cap. 8. nu. 1. & seqq. & c. 20. nu. 8. & 9. h. t.

XX.

Atque hac ita sese habent de dato aut facto reuocando: sed actori ad praestationem eius de quo conuenit in actionem praescriptis verbis necesse est confugere.

d. l. 5. §. 1. ff. h. t.

XXI.

Est autem praescriptis verbis actio conditio incerti (a) ex contractu incerto promanans

nans (b) dicta ex eo, quod sine vilo nomine actionis solum prescriptis verbis rem ex con-
uentione gestam (c) subiecta petitione demonstrat, vtens ea demonstratione vice nomi-
nis, quo destituitur (d)

(a) l. duo 19. §. vlt. ff. de precar. l. 6. l. 8. in fin. & l. 9. ff. h. t. quia in id, quod interest com-
petit, l. vlt. ff. si quis in ius voc. non eat. l. si poenam 68. ff. de verb. obl. §. si. Inst. cod. (b) Cu-
iac. in d. l. 7. ff. de pact. Donel. cap. 23. nu. 8. h. t. (c) l. Cum mota 6. C. de transact. l. 1. §. In cō-
ducto. Depof. l. 3. ibi, ex contractu, h. t. Donel. cap. 21. nu. 1. & 7. (d) Idem cap. 21. num. 3. &
seqq. h. t.

XXII.

Dicitur hac etiam in factum actio, quod verbis prescriptis in factum sit concepta (a)
eag₃ ciuilis, quod ad exemplum ciuilium actionum, quae nomina habent sit comparata (b)
non quidem directa, sed utilis. (c)

(a) l. si tibi rem 13. in pr. & in fin. l. si vir. 12. l. duo 23. l. Titius 24. h. t. (b) d. l. 7. §. 2. de pact.
l. 1. §. 2. l. si infulam 6. l. 15. h. t. l. rebus C. de rer. perm. (c) l. 1. C. de pact. cōuent. l. 3. C. de do-
nat. quae sub mod. d. l. Cum mota.

XXIII.

Actionem prescriptis verbis, quae de aestimato proponitur, & eam quae ex permutatione
competit, bonae fidei esse constat: (a) an etiam sint ex reliquis articulis orti, τῶν ἀπορῶν
est: in quo disputationis gratia in vtramque partem exercebimur. (b)

(a) d. §. Actionum Inst. de act. l. 2. C. de rer. permu. & l. 2. ff. eod. (b) Cost. ad l. 5. §. sed si
facio. ff. h. t. solam actionem de aestimato, & rerum permutatione bonae fidei esse vult:
nullas stricti iuris agnoscit. Hotom. ad d. §. Actionum. Enuntiat. 5.

XXIV.

Est autem ex aestimato actio prescriptis verbis, quae rem aliquam aestimatam venden-
dam suscipiens, vel ipsam rem incorruptam reddere, vel aestimationem eius prestare co-
gitur.

Vult. d. c. 12. l. 1. in fin. ff. h. t.

XXV.

Ex permutatione verò est Actio prescriptis verbis in id quod interest (a) competens
ei, qui rem suam permutandi animo alicui dedit, (b) vt rem aliam permutatione ista hac
ab altero acciperet. (c)

(a) l. 5. §. Et si quidem h. t. l. 1. §. fin. ff. de rer. perm. (b) l. ex placito, C. eod. (c) l. 4. C. eod.

XXVI.

Ex ceteris contractibus innominatis quae datur actio communi nomine appellatur pra-
scriptis verbis, in id quod mea interest aequè cōpetens, si vicissim rem dare aut factū pra-
stare detrectes.

d. l. Naturalis §. 1. l. 7. h. t. l. 3. C. de inutil. stipulat. Sichard. ad l. 1. C. de rer. perm. num. 2.
Donell. cap. 23. nu. 10. h. t.

XXVII.

Sed an hac ex Facio vt des detur, variè agitatum memini: Cuiacius solam actionem
de dolo

de dolo, (a) Duarenus praescriptis verbis; sed & de dolo, si arguatur. (b) Donellus siue dolus arguatur, siue non, solam praescriptis verbis actionem inde descendere arbitratur: (c) qua opinio noua quidem; sed non improbabilis.

(a) in d.l.7. ff. de pact. Borcholt. c.7. nu. 34. & 36. de pact. (b) in d.l.7. (c) cap. 10. & seqq. per l. Iurifgentium 7. §. 1. ff. de pact. l. solent. l. si tibi polienda h. t.

XXVIII.

Est & contractus innominati genus precarium, ex quo praeter Interdictum est itidem praescriptis verbis actio.

l. 1. §. 3. ff. de precar. l. 23. ff. de reg. iur. l. si gratuitam 17. in pr. h. t. l. 2. §. 2. l. Duo 19. §. fin. ff. de precar.

XXIX.

Postremo sciendum est, aliam esse actionem in factum civilem, non praescriptis verbis, sed citra conuentionem alicui legi ex mente ipsius accommodatam; (a) ut & aliam in factum praetoriam a praetore verbis & mente legis cessante adiuuandi (b) vel supplendi (c) iuris civilis gratia comparatam.

(a) Cuiac. in parat. nu. 3. ff. h. t. Borcholt d. cap. 7. nu. 31. cum al. seqq. l. 7. §. Proinde §. Celsus, l. 9. l. 11. §. 1. ff. ad l. Aquil. (b) l. Actionum §. pen. ff. de oblig. & act. (c) l. Quia actionum h. t. Donell. cap. 23. in fin. h. t.

AVCTARIVM.

Actio marito competens de dote pacto promissa ex contractu innominato est.

Connan. §. Comm. 31. Donell. ad l. legem 10. nu. 11. C. de pact. Hotoman. in tractatu de dotib. per l. Aulia. 6. C. de iure dot.

153255

AB: 153255

(X2203998)


K






De legibus S. Teutonicorum





THEMATA IVRIDICA
DE PRAESCRI-
PTIS VERBIS ET IN FA-
CTVM ACTIONIBVS, QVAE
D. O. M. A.
AESIDIBVS CLARISS. CONSVLTISS.
RIS D. IOANNE MICHAELIS CRONENBVR-
, & D. Iohanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore &
fisco, in florentissimo Iuridicæ facultatis apud Vbi-
os Collegio, pro ingenij viribus publicè
defendere conabitur
MATTHIAS DE Mühlen
*Anno Aerae Christianae CIO. IO. LXXXII.
die XII. Martij*

COLONIAE AGRIPPINAE Ccc
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

49

